

tue. **E**t rege eos et extolle illos
usque in eternum. **P**er singulos
dies benedicimus te. **E**t lauda-
mus nomen tuum in eternum
et in seculum seculi. **D**ignare
domine die isto sine peccato
nos custodire. **M**iserere nostri
domine miserere nostri. **F**iat
misericordia tua domine super
nos: quemadmodum speravi
in te. **I**n te domine speravi non
confundar in eternum. *Ad laudes.*

Deus in adiutorium
meum intende. *R.* Do-
mine ad adiuvandum

me festina. Gloria. Sicut
i fine. Alleluia. Ant. Assump^{ta}
est maria. psalmus dauid.

Dominus regnavit deco
rem indutus est: indutus
est dominus fortitudinem et
precinxit se. **E**t enim firma
uit orbem terre qui non como
uebitur. **P**arata sedes tua de
ex tunc: a seculo tu es. **E**lena
uerunt flumina domine: elena
uerunt flumina uocem suam.
Elenauerunt flumina fluctus
suos: a uocibz aquarum multa
rum. **M**irabiles elationes ma

ris: mirabilis in altis dominus.

Testimonia tua credibilia fac
ta sunt nimis: domum tuam de
cet sanctitudo domine: in lon
gitudine dierum. Gloria. *An.*

Assumpta est maria in celum gau
dent angeli laudantes benedicunt to
minum. *An.* Adaria uirgo. *ps.*

Iubilate deo omnis terra:
seruite domino in letitia.

Introite in conspectu eius in
exultatione. **S**citote quoniam
dominus ipse est deus: ipse fe
cit nos et non ipsi nos. **P**o
pulus eius et oves pascue ei'

introte portas eius in confessio
ne: atra in hymnis confitemini
illi. **L**audate nomen eius quo
niam suavis est dominus: i et
num misericordia eius: et usque
generatione et generationem ueritas
eius. **G**loria. **An.** Maria uirgo

assumpta est ad ethereum thalamum
in quo rex regum stellato sedet solio. t

An. In odorem. **psalmus dauid.**

Deus deus meus: ad te de
luce uigilo. **S**atuit i te
anima mea: quia multipliciter ti
bi caro mea. **I**n terra deserta i
uia et in aquosa: sic in sancto

apparui tibi: ut uiderem uirtu-
tem tuam ⁊ gloriam tuam. **Q**uo-
niam melior est misericordia ⁊
tua super uitas labia mea lau-
dabunt te. **S**ic benedicam te
in uita mea ⁊ in nomine tuo ⁊
leuabo manus meas. **S**icut
adipe ⁊ pinguedine repleatur
anima mea: ⁊ labijs exultatio-
nis laudabit os meum. **S**ic
memor fui tui super stratum
meum: in matutinis meditabor
in te: quia fuisti adiutor me?
Et in uelamento alarum tua-
rum exultabo: adhaesit anima

post te: me suscepit dextera tua.

Ipsi uero in uanum quesierunt
animam meam introibunt i i se
uora terre tradentur in manus
gladij partes uulprum erunt.

Bex uero letabitur in deo la
udabuntur omnes qui iurant
in eo: quia obstructum est os
loquentium iniqua. *xxxxx*

Deus misereatur nri et
benedicat nobis illuminet
uultum suum super nos et mise
reatur nostri. **U**t cognoscam
in terra uiam tuam: in omnibz
gentibz salutare tuum. **C**onfi

teantur tibi populi deus: confi
teantur tibi populi omnes. **B**e
tetur ⁊ exultent gentes: quoni
am iudicas populos in equita
te: ⁊ gentes in terra dirigis. 1

Confiteantur tibi populi deus
confiteantur tibi populi omnes
terra dedit fructum suum. **B**e
nedicat nos deus deus noster:
bñdicat nos deus: ⁊ metuant
eum omnes fines terre. **G**loria.

Ant. In odorem unguentorum i
tuorum currimus adolescentule di
lexerunt te nimis. **An.** Bñdicta fi
lia. *Lantiam trium puerorum.*

Benedicite omnia op̃a
domini domino: lauda
te ⁊ superexaltate eum in sc̃la.
Benedicite angeli domini do
mino: benedicite celi domino.
Benedicite aque omnes que
super celos sunt domino: b̃ndi
cate omnes uirtutes domini do
mino. **B**enedicite sol ⁊ luna
domino: b̃ndicate stelle celi do
mino. **B**enedicite imber ⁊ ros
domino: b̃ndicate omnis sp̃us
dei domino. **B**enedicite ignis
⁊ estus domino: b̃ndicate ignis
⁊ estas domino. **B**enedicite

rores ⁊ pruina domino: bñdica
te gelu ⁊ frigus domino. **B**e
nedicite glacies ⁊ nives domio.
bñdicite noctes ⁊ dies domino.
Benedicite lux lux ⁊ tenebre
domino: bñdicite fulgura ⁊ nubes
domino. **B**enedicat terra dñm:
laudet ⁊ superexaltet eum in se
cula. **B**enedicite montes ⁊ col
les domino: bñdicite uniuersa
germinantia in terra domino.
Bñdicite fontes domino: bñ
dicite maria ⁊ flumina domio
Benedicite cete ⁊ omnia que
mouentur in aquis domino.

benedicite omnes uolucres celi
domino. **B**enedicite omnes
bestie ⁊ pecora domino: benedi-
cite filij hominum domino. **B**e-
nedicat israel dominum: lau-
det ⁊ superexaltet eum in secula.
Benedicite sacerdotes domini
domino: benedicite serui domi-
ni domino. **B**enedicite spiritus
⁊ anime iustorum domino: benedi-
cite sancti ⁊ humiles corde
domino. **B**enedicite anania aca-
ria misael domino: laudate et
superexaltate eum in secula. **B**e-
nedicamus patrem et filium

cum sancto spiritu: laudemus
7 superexaltemus eum in secula.

Benedictus es domine in fir-
mamento celi: 7 laudabilis 7
gloriosus 7 superexaltatus i se-
cula. *Ant.* Benedicta filia tua do-

mine: qz per te fructum vite communi-

cauimus. *An.* Dulchra es. *psalmus.*

Laudate dominum de ce-
lis: laudate eum i excel-

sis. **L**audate eum omnes an-

geli eius laudate eum omnes

uirtutes eius. **L**audate eum

sol 7 luna: laudate eum omnes

stelle 7 lumen. **L**audate eum

celi celorum: et aque omnes que
super celos sunt laudent nomen
domini. **Q**uia ipse dixit et fac-
ta sunt ipse mandavit et creata
sunt. **E**t statuit ea in eternum
et in seculum seculi: preceptum
posuit et non preteribit. **L**auda-
te dominum de terra dracones et
omnes abyssi. **I**gnis grando
nix glacies spiritus procellarum:
que faciunt uerbum eius. **M**on-
tes et omnes colles ligna fructi-
fera et omnes ceteri. **B**estie et
uniuersa pecora serpentes et uo-
lucres pennate. **R**eges terre

7 omnes populi: principes et
omnes iudices terre. **I**uuenes
7 uirgines senes cum iunioribus
laudent nomen domini: quia
exaltatum est nomen eius soli?

Confessio eius super celum 7
terram: 7 exaltauit cornu popu
li sui. **H**ymnus omnibz sanctis
eius filijs israel populo appro
pinquanti sibi.

Antate domino canticum
nouum: laus eius i eccle
sia sanctorum. **L**etetur israel
in eo qui fecit eum: 7 filie syon
exultent in rege suo. **L**audet

nomen eius in choro in tympano:
7 psalterio psallant ei. **Q**uia
bñplacatum est domino in popu-
lo suo: 7 exaltauit mansuetos i
salutem. **E**xultabunt sancti i
gloria: letabuntur in cubilibz
suis. **E**xultationes dei i gut-
ture eorum 7 gladij accipites
in manibz eorum. **A**d faciē-
dam uindictam in nationibz
inreparationes 7 in populis. **A**d
alligandos reges eorum
in compedibz: 7 nobiles eorum
in mancis ferreis. **U**t faci-
ant i eis iudicium cōscriptur

gloria hec est omnibz sanctis

Laudate dñm *ps. lxi.*
in sanctis eius: lauda
te eum in firmamento uirtutis
eius. **L**audate eum in uirtu
tibz eius. **L**audate eum secū
dum multitudinem magnitu
dinis eius. **L**audate eum in
sono tube: laudate eum in psal
terio ⁊ cythara. **L**audate eum
in tympano ⁊ choro: laudate
eum in cordis ⁊ organo. **L**a
udate eum in cymbalis bene
sonantibz: laudate eum i cyba
lis iubilatiois: omnis spiritus

Laudet dominum. Gloria pñ.

Ant. Pulchra es et decora filia
hierusalem terribilis ut castrorum
acies oronata. *Capitulum.*

Uiderunt eam filie syon:
et beatissimam predicaue
runt et regine laudauerunt eam.

R. Deo gratias. *Hymnus.*

Gloriosa domina excel
sa super sydera qui te cre
auit prouide lactasti sacro ube
re. **Q**uod eua tristis abstulit
tu reddis almo germine intret
ut astra flebiles celi fenestra fi
cta es. **T**u regis alti ianua

7 porta lucis fulgid. **Vitam**
datam per uirginem gentes re
tempte plaudite. **Gloria** tibi
domine qui natus es de uirgine
cum patre 7 sancto spiritu in sem
piterna secula Amen. **V.** Bene
dicta tu in mulieribus. **R.** Et bene
dictus fructus ventris tui. **Añt.**

Beata dei genitrix. Latici zachæ.

Benedictus dominus deus
israel quia uisitauit 7 fecit
redemptionem plebis sue. **E**t
erexit cornu salutis nobis in do
mo dauid pueri sui. **S**icut lo
cutus est per os sanctorum: qui

a seculo sunt prophetarum ei.
Salutem ex inimicis nris: 7
de manu omnium qui oderunt i
nos. **A**d faciendam misericor
diam cum pñibz nris: 7 memora
ri testamenti sui sancti. **I**usiū
randum quod iuravit ad abra
am patrem nostrum daturum
se nobis. **E**t sine timore de
manu inimicorum nrorum libe
rati seruiamus illi. **I**n sanctita
te 7 iusticia coram ipso: omnibz
diebz nris. **E**t tu puer prophe
ta altissimi uocaberis: preibis t
enim ante faciem domini para

re uias eius. **A**d dandam sci-
entiam salutis plebi eius: i re-
missionem peccatorum eorum. i

Per uiscera misericordie dei i
nostri: in quibz uisitauit nos
oriens ex alto. **I**lluminare i
his qui in tenebris i in umbra
mortis sedent: ad dirigendos i
pedes nros in uiam pacis. **G**lo-
ria pñ. **R** Beata dei genitrix
uirgo maria perpetua: templum do-
mini sacrum spiritus sancti: sola
sine exemplo placuisti domino nro i
iesu xpo: ora pro populo interueni
pro clero intercede pro deuoto fei

neo sexu. Kyriel. ~~Expe~~. Kyriel. ~~S.~~

Domine exaudi orationem meam. ~~R.~~

Et clamor meus ad te ueniat. ~~Oro.~~

Deus qui de beate marie i
uirginis utero uerbum tu
um angelo nuntiante carnem su
scipere uoluisti presta suppliabi
tuis: ut qui uere eam dei genitri
cem credimus eius apud te inf
cessionibz adiuuemur. Per eun
dem xpm dominum nostrum. ~~R.~~

Amen ~~Cōmemoratio de sc̄is.~~

Sancti dei omnes intercedere digne
mini pro nra omniumqz salute.

Letamini i domino ⁊ exultate iusti,

R. Et gloriamini omnes recti cor

Protege domine **Oratio.** te.
populum tuum. 7 aposto

lorum tuorum petri 7 pauli 7 ali

orum apostolorum patrocinio

confidentem perpetua defensione

conserua. **Oratio de sanctis.**

Omnēs sancti tui quesim

domine nos ubiqz adiuuet

ut dum eorum merita recolim

patria sentiamus 7 pacē tu

am nr̄is concede temporibz 7 ab

ecclesia tua cunctum repelle ne

quitam iter actus 7 uoluntates

nr̄as 7 omnium famulorum tuor


in salutis tue prosperitate dispo
ne benefactoribz nris sempiter
na bona retribue. ⁊ omnibz fidei
bz defunctis requiem eternam
concede. Per dominum nr̃m
iesum christum filium tuum ⁊
qui tecum uiuit ⁊ regnat in uni
tate sp̃s sancti deus. per omnia
secula seculorum Amen. *℟.*

Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te ueniat.

℟. Benedicamus domino. *℟.*

Deo gratias. *℟.* Fidelium anime
per misericordiam dei requiescant in
pace. *℟.* Amen. *Ad primam ℟.*



Eus in adi
torum meum
intende. **R** Do
mine ad adiu
uandum me
festina. **S.** Glia

pi. **in fine.** Alleluia. **hymnus.**

Memento salutis auctor q
nri quondam corporis ex
allibata uirgine nascento formā
sumpsens. **M**aria mater grē
mater misericordie tu nos ab
hoste protege et in hora mortis
susape. **G**loria tibi domine q
natus es de uirgine cum pic



et sancto spiritu in sempiterna
secula. Amen. *An.* Assump
ta est, *psalmus dauid.*

Quus in nomine tuo salu
um me fac: et in uirtute
tua libera me. **D**eus exaudi ora
tionem meam: auribus percipe u
ba oris mei. **Q**uoniam alieni
surrexerunt aduersum me: et for
tes quesierunt animam meam.
et non proposuerunt deum ante
conspectum suum. **E**cce enim
deus adiuuat me: et dominus su
scepor est anime mee. **A**uerte
mala inimicis meis: et in ueritate

tua disperde illos. **V**oluntarie
sacrificabo tibi: et confitebor no-
mini tuo domine quoniam bo-
num est. **Q**uoniam ex omni

tribulatione eripisti me: super
inimicos meos desuperit oculus
meus. **G**loria patri. *psalmus*

Benedixisti domine terri-
tuam: auertisti captiuita-
tem iacob. **R**emisisti iniquita-
tem plebis tue: operuisti omnia
peccata eorum. **M**itigasti omnem
iram tuam: auertisti ab ira indigni-
tationis tue. **C**onuerte nos de-
salutatis noster. et auerte iram

tuam a nobis. **N**unquid i eter
num irasceris nobis : aut exten
des iram tuam a generatione et
in generationem. **D**eus tu con
uersus unificabis nos. ⁊ plebs
tua letabitur in te. **O**stende no
bis domine misericordiam tu
am ⁊ salutare tuum da nobis.
Audiam quid loquatur in
me dominus deus noster: quo
niam loquetur pacem i plebem
suam. **E**t super sanctos suos
⁊ in eos qui conuertuntur ad
cor. **V**erumtamen prope tim
tes eum : salutare ipsius ut in

habitet gloria in terra nostra.

Misericordia et ueritas obuia
uerunt sibi: iustitia et pax oscu

late sunt. **V**eritas de terra or

ta orta est et iniusticia de celo

prospexit. **E**t enim dominus

dabit benignitatem: et terra no

stra dabit fructum suum. **I**usti

tia ante eum ambulabit et pœt

in uia gressus suos. **G**loria. ps

Laudate dominum omnes

gentes: laudate eum om̃i

populi. **Q**uoniam confirmata

est super nos misericordia ei et

ueritas domini manet i et̃num.

Gloria. *An.*  Assumpta ē ma-
ria in celum gaudent angeli laudantes
benedicunt dominum. *Capitulum.*

Que est ista que progre-
ditur quasi auroza: consur-
gens pulchra ut luna: electis ut
sol terribilis ut castrorum aci-
es ordinata: *R.* Deo gratias.

R. Dignare me laudare te uirgo sa-
crata. *R.* Da mihi uirtutem contra
hostes tuos. *R.* **H**yrieleison. *X.* **I**eleiso.

R. **H**yriel. *R.* Domine exaudi oratio-
nem meam. *R.* Et clamor meus ad te

Deus qui uir *Oio.* ueniat
gynalem aulam bte ma

rie uirginis in qua habitares
 eligere dignatus es da quesum.
 ut sua nos defensione munitos
 iocundæ sue faciat interesse &
 memoracioni. Qui uiuis et
 regnas i secula seculorum **R.**

Amen. **Cōmēdatio**

Sancti dei omnes intercedere digne
 mihi pro nra omniumq; salute. **V.**

Letamini in domino & exultate iusti.

R. Et gloriamini omnes recti corde.


A. Audi nos deus. **Oro**
 salutaris nr: & apostolo
 rum tuorum petri & pauli & alio
 rum apostolorum nos tuere pre

stius: quorum donasti fideles
esse doctrinis. *Oratio de sanctis.*

Omnēs sancti tui quesim⁹
domine nos ubiq; adiu
uent ut dum eorum merita re
colimus patrocinia sentiamus
⁊ pacem tuam nostris concede
temporib; et ab ecclesia tua ci
ctam repelle nequitiam iteꝝ ac
tus ⁊ voluntates nr̄as ⁊ omni
um famulorum tuorum in sa
lutis tue prosperitate dispone
benefactorib; nr̄is sempiterna ⁊
bona retribue. ⁊ omnib; fidelib;
defunctis requiem eternam con

cede. Per dominum nr̄m iesum
christum filium tuum qui tecum
uiuit ⁊ regnat i unitate spiritus
sancti deus per omnia secula se-
culorum Amen. *℟.* Domine ex-
audi orationem meam. *℟.* Et clamor
meus ad te ueniat. *℟.* Benedicamur
domino. *℟.* Deo gratias. *℟.* Fidelis
anime per misericordiam dei requiescat
in pace. *℟.* Amen. *Ad tertia. ℟.*

Eus in adiutori-
um meum intende.
℟. Domine ad
adiuuandum me festi-
na. *℟.* Gloria patri.



Memento salutis auctor
q̄ n̄i quondam corpori
ex illibata uirgine nascento for
mam sumpseris. **M**aria mater t
gratie mater misericordie tu nos
ab hoste protege et in hora mor
tis suscipe. **G**loria tibi domine q̄
natus es de uirgine cum patre ⁊
sancto spiritu in sempiterna seclā
Amen. *An̄. Maria uirgo. psalm̄.*
Ad dominum cum tribula
re clamau: ⁊ exaudiuit me
Domine libera animam meam
a labijs iniquis ⁊ a lingua do
losa. **Q**uid detur tibi aut quid

apponatur tibi: ad linguam do-
losam. **S**agitte potentis acute
cum carbonibz desolatorijz. **H**eu
mibi quia incolatus meus pro-
longatus est: habitavi cum ha-
bitantibz cedar multum incola
fuit anima mea. **C**um his qui
oderunt pacem eram pacificus:
cum loquebar illis impugnabāt
me gratis. **G**loria.

Euavi oculos meos i mō-
tes unde ueniet auxilium
mibi. **A**uxilium meum a dño
qui fecit celum ⁊ terram. **N**ō
det in commotionem p̄tem tuā

neqz dormiet: qui custodit te.

Ecce non dormitabit neqz dormiet: qui custodit israel.

Dominus custodit te dominus i protectio tua super manum dexteram tuam.

Per diem sol ⁊ sol non uret te: neque luna per noctem.

Dominus custodit te ab omni malo: custodiat ⁊

animam tuam dominus.

Dominus custodiat introitum tuum ⁊ exitum tuum: ex hoc nūc

⁊ usqz in seculum. **G**loria. **ps.**

Latus sum in his que dicta sunt mihi: i domū

domini ibimus. **S**tantes erit
pedes nri in atrijs tuis hiezu
salem. **I**herusalem que edifi

catur ut ciuitas: cuius partici
patio eius in idipsum. **I**lluc
enim ascenderunt tribz tribus
domini testimonium israel: ad
confitendum nomini domini. o

Quia illic sederunt sedes i iu
dicio sedes super domum dauid.

Rogate que ad pacem sunt hic
rusalem: 7 abundantia diligen
tibz te. **F**iat pax i uirtute tua

7 abundantia in turribz tuis. i

Propter fratres meos 7 pro

rimos meos: loquebar pacem te
te. **P**ropter domum domini dei
nri: quesivi bona tibi. **Gloria.**

Ant. **¶** Maria virgo assumpta ē ad
ethereum thalamum in quo rex regi
stellato sedet solio. **Capitulum.**

A sic in syon firmata sum
et in ciuitate sanctificata si
militer requiem: et in hierusalem
potestas mea. **R.** Deo gratias. **V.**

Diffusa est gra in labijs tuis. **R.** Pro
pterea benedixit te deus in eternum. **R.**
neleison. **V.** Christeleison. **R.** Hymel.

Domine exaudi orationem meam. **R.**
Et clamor meus ad te ueniat.

Deus qui salutis eterne i
beate marie uirginitate fe
cunda humano generi premia i
prestitisti: tribue quesumus ut
ipsam pro nobis intercedere sen
tiamus per quam meruimus auc
torem uite suscipere dominum no
strum iesum christum filium tu
um. *R. Amen. An.*

S. Sancti
dei omnes intercedere dignemini pro nra
omniumqz salute. *R.* Letamini in dño
et exultate iusti. *R.* Et gloriamini om
nes recti corde. *Oro de aplis.*

Protege domine populum
tuum et apolorum tuorum

petri ⁊ pauli ⁊ aliorum aposto-
lorum patrocinio confidentem
perpetua defensione conserva.

Omnēs sancti tui quesum⁹
domine nos ubiq; adiu-
uent ut dum eorum merita reco-
lumus patronia sentiamus ⁊ pa-
cem tuam nr̄is concede tempori-
bz ⁊ ab ecclesia tua cunctam re-
pelle nequitiam iter actus ⁊ uo-
luntates nr̄as ⁊ omnium famu-
lorum tuorum in salutis tue pro-
spexitate dispone bñfactoribus
nr̄is sempiterna bona retribue.
⁊ omnibz fidelibz defunctis re

quem eternam concede. **D**eu
 minum nostrum iesum christus
 filium tuum qui tecum uiuit et
 regnat in unitate spiritus sancti
 deus. per omnia secula seculorū.

R. Amen. V. Domine exaudi ora
 tionem meam. **R.** Et clamor meus i

ad te ueniat. **V.** Benedicamus tōmō.

R. Deo grās. **V.** Sacerdum anime per
 miam rei requiescant in pace. **R. Amē.**

Ad sextam. V.

Eus in adiutori
 um meum itende.

R. Domine ad i
 adiuuandum me



festina. *V. Gloria. Hymnus.*

Memento salutis auctore qui
nri quondam corporis exil
libata uirgine nascendo formam
sumpsit. *M*aria mater gratie

mater misericordie tu nos ab ho
ste protege et in hora mortis su
scipe. *G*loria tibi domine qui na

tus es de uirgine cum patre et
sancto spiritu in sempiterna secu
la Amen. *An.* In odorem. *ps.*

Et te leuaui oculos meos:

qui habitas in celis. *E*t
ut sicut oculi seruatorum in manib'
dominorum suorum. *S*icut ocu

li. anille in manibz sue: ita ocli
 nri ad dominum deum nostrum
 donec misereatur nri. **M**iserere
 nostri domine miserere nostri
 quia multum repleti sumus despe
 ctione. **Q**uia multum repleta ē
 anima nostra obprobrium abii
 dantibz ⁊ despectio superbis. **G**lo
 ria pñ. 7c. *psalmus dauid.*

Nisi quia dominus erat in
 nobis dicat nunc israel:
 nisi quia dominus erat in nobis
Qum exurgerent homines inq
 forte uinos deglutissent nos. ⁊
Qum irasceretur furor eorum

in nos: forsitan aqua absorbuisset nos.

Torrentem pertransiuit anima nostra: forsitan pertrahisset anima nra aquam intollerbilem.

Benedictus dominus deus qui non dedit captionem tñtib' eorum.

Anima nra sicut passerepta est de laqueo uenantium.

Laqueus contritus est et nos liberati sumus.

Ad iutorum nostrum in nomine domini qui fecit celum et terram.

Gloria. *ix.*

Qui confidunt in domino i sicut mons syon non commovebitur in eternum: qui habitat

in hierusalem. **M**ontes in circuitu
tui eius: et dominus in circuitu po-
puli sui: ex hoc nunc et usque in se-
culum.

Quia non relinquet do-
minus virgam peccatorum super
sortem iustorum: ut non extēdit
iusti ad iniquitatem manus suas.

Benefac domine bonis et rectis
corde.

Declinantes autem in obli-
gationes adducet dominus eorum
operantibus iniquitatem: pax su-
per israel.

Gloria. **S**icut erat.

Ant. In odorem unguentorum tuo-
rum currimus adolescentule dilexe-
runt te nimis. **Capitulum.**

Et radican in populo ho
norificato et in partes dei
mei hereditas illius: 7 in plenu
dine sanctorum detentio mea. **R.**

Deo gratias. **V.** Benedicta tu i mu
lieribz. **R.** Et benedictus fructus ue
tris tui. **H.** yrieleison. **X.** peleison. i

H. yriele. **V.** Domine exaudi orationem
meam. **R.** Et clamor meus ad te ueniat.

Quoniam misereor. **Vio.**

Quoniam fragilitati nre presidiu
at qui sancte dei genitricis memo
riam agimus: intercessionis eius
auxilio a nris iniquitatibz resurga
mus. Per eundem christum dnm

nostrum. *R.* Amen. *Añt.*

Sancti dei omnes intercedere dignemini
pro nra omniumq; salute. *V.* Letamini
in domino et exultate iusti. *R.* Et
gloriamini omnes recti corde. *Oio.*

Quardi nos deus salutaris
noſter: et apostolorum tuorum
petri et pauli et aliorum aplorum
nos tuere presidijis: quorum dona
ſti fideles eſſe doctriſis. *Oio.*

Omnēs sancti tui queſim⁹
domine nos ubiq; adiuuēt
ut dum eorum merita recolimus
patrocinia ſentiamus. et pacem tu
am nris concede temporibz et ab

7
ecclesia tua cunctam repelle neq-
tiam iter actus ⁊ uoluntates no-
stras ⁊ omnium famulorum tuo-
rum in salutis tue prosperitate
dispone benefactoribz nostris se-
piterna bona retribue ⁊ omnibz
fidelibz defunctis requiem etnam
concede. Per dominum nostrum
iesum christum filium tuum qui
tecum uiuit ⁊ regnat in unitate ⁊
spiritus sancti deus. per omnia ⁊
secula seculorum. *R. Amen. V.*
Domine exaudi orationem meam. *R.*
Et clamor meus ad te ueniat. *V.* Bene-
dicamus domino. *R.* Deo gratias. ⁊

V. Fidelium anime per misericordiam
dei requiescant in pace. **R.** Amen. **Ad**

nonam. V.

Eus in adiutori-
um meum intēde.

R. Domine ad
adiuuantum me

festina. **V.** Gloria. **ifine.** Alla. **Oro**

Memento salutis auctor q
nri quondam corpus ex il
libata uirgine nascendo formam

sumpsisti. **M**aria mater gratie
mater misericordie tu nos ab ho
ste protege et in hora mortis su
sape. **G**loria tibi domine qui na

tus es de uirgine cum patre ⁊ scō
spiritu in sempiterna secula. amē.

An. Dulcior es. **psalmus d.**

In conuertendo dominus ca
ptiuitatem syon: facti sum'
sicut consolati. **T**unc repletum
est gaudio os nostrum ⁊ lingua
nra in exultatione. **T**unc dicet
inter gentes magnificauit domi
nus facere cum eis. **M**agnificauit
dominus facere nobiscum facti su
mus letantes. **C**onuertere dñe
captiuitatem nrā sicut torrens i
austro. **Q**ui seminant i lachry
mis: in exultatione metent. **Q**ui